

Thomae de Aquino

Super epistolam B. Pauli Apostoli ad Romanos lectura

Capitulum 9, lectio 5

²⁴ [n. 796] Quos et vocavit nos non solum ex Iudaeis sed etiam ex gentibus,

²⁵ [n. 798] sicut in Osee dicit: „Vocabo non plebem meam, plebem meam; et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.

²⁶ [n. 800] Et erit, in loco ubi dictum est eis: Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi.“

²⁷ [n. 801] Isaias autem clamat pro Israel: „Si fuerit numerus filiorum Israel tamquam harena maris, reliquiae salvae fient;

²⁸ [n. 803] Verbum enim consummans et abbrevians in aequitate, quia verbum breviatum faciet Dominus super terram.“

²⁹ [n. 806] Et sicut praedixit Isaias: „Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, et sicut Gomorra similes fuisset.“

796. - Postquam Apostolus ostendit quod Dei gratia datur hominibus ex divina electione, per quam homines ad gratiam vocantur, hic ostendit quod praedicta electio sive vocatio non solum pertinet ad Iudaeos (ut ipsi poterant gloriari, propter hoc quod dicitur *Deut.* IV,37: „Dilexi patres tuos“), sed etiam ad gentes.

Et primo proponit quod intendit;
secundo probat propositum, ibi „Sicut in Osea dicit“, etc.;
tertio ex dictis infert conclusionem, ibi „Quid ergo dicemus“, et cetera. [...]

801. - Deinde cum dicit „Isaias autem clamat“, etc., probat propositum quantum ad Iudaeos per auctoritatem Isaias. Et ponit duas auctoritates,

Thomas von Aquin

Lesung über den Brief des sel. Apostels Paulus an die Römer

Kapitel 9, Lesung 5

²⁴ [n. 796] Sie hat er auch berufen, das sind wir, nicht allein aus den Juden, sondern auch aus den Heiden.

²⁵ [n. 798] Wie er auch bei Hosea sagt: „Ich werde als mein Volk berufen, was nicht mein Volk war, und als Geliebte jene, die nicht geliebt war.

²⁶ [n. 800] Und dort, wo ihnen gesagt wurde: Ihr seid nicht mein Volk, dort werden sie Söhne des lebendigen Gottes genannt werden.“

²⁷ [n. 801] Jesaja aber ruft über Israel aus: „Wenn auch die Zahl der Kinder Israels wäre wie der Sand am Meer - der Rest wird gerettet werden.

²⁸ [n. 803] Das Wort nämlich erfüllt er und kürzt es ab in Gerechtigkeit. Denn es wird der Herr das abgekürzte Wort ausführen auf Erden.“

²⁹ [n. 806] Ebenso hat Jesaja vorhergesagt: „Wenn nicht der Herr Zebaoth einen Samen übrig gelassen hätte, so wären wir wie Sodom geworden, wir wären Gomorra gleich.“

796. - Nachdem der Apostel gezeigt hat, daß die Gnade Gottes den Menschen aufgrund göttlicher Wahl verliehen wird, durch die die Menschen zur Gnade berufen werden, zeigt er hier, daß die genannte Wahl oder Berufung nicht nur die Juden betrifft (so daß sie sich rühmen könnten, weil es in *Dtn* 4,37 heißt: „Ich habe deine Väter geliebt“), sondern auch die Heiden.

Und erstens stellt er eine Behauptung voran.

Zweitens begründet er sie, dort, wo es heißt: „Wie er auch bei Hosea sagt“ usw.

Drittens zieht er aus dem Gesagten die Schlußfolgerung, dort, wo es heißt: „Was sollen wir also sagen“ usw. [...]

801. - Danach, wenn er sagt: „Jesaja aber ruft“ usw., begründet er das Gesagte im Hinblick auf die Juden mit der Autorität des Jesaja. Und er führt zwei Autoritätsargumente an,

quarum prima videtur pertinere ad omnes credentes ex Iudaeis, secunda specialiter ad Apostolos, ibi "Et sicut praedixit", et cetera.

802. - Dicit ergo primo: dictum est per Oseam pro gentibus, "Isaias autem clamat", id est aperte loquitur pro conversione Israel. *Is.* LVIII,1: "Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam".

In hac autem prima auctoritate, primo, ponit paucitatem conversorum Israel, dicens "Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris", id est innumerabiles prae multitudine gentium. *Gen.* XXII,17: "Multiplicabo semen tuum velut arenam maris" et cetera. III *Reg.* IV,20: "Iuda et Israel innumerabiles quasi arena maris."

"Reliquiae salvae fient", id est non omnes, nec maior pars, sed aliqui pauci qui relinquuntur ex excidio aliorum. *Mich.* VII, v. 1: "Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiae". *Infra* XI,5: "Reliquiae secundum electionem gratiae salvae factae sunt".

803. - Secundo, ibi "Verbum enim consummans", etc., assignat causam salutis, et,

[1] primo, ponit efficaciam evangelici verbi, dicens "Verbum enim consummans et abbrevians in aequitate".

Ubi notatur duplex efficacia evangelici verbi.

[1.1] Prima est, quia "consummans", id est, perficiens; ut enim dicitur *Hebr.* VII,19: "Nihil ad perfectum adduxit lex". Dominus autem dicit, *Matth.* V,17: "Non veni solvere legem, sed adimplere":

[a] tum quia figuris legis veritatem adhibuit,

[b] tum quia praecepta legis moralia debito modo exposuit,

[c] et occasiones transgrediendi abstulit,

[d] et etiam eis consilia perfectionis adiunxit.

Unde et iuveni diviti *Matth.* c. XIX,21, qui omnia mandata legis servaverat, dixit: "Unum tibi deest, si vis perfectus esse, vade et vende omnia quae habes", et cetera.

deren erstes sich auf alle Gläubigen aus den Juden zu beziehen scheint,

das zweite [dagegen] in besonderer Weise auf die Apostel, dort, wo es heißt: „Ebenso hat [Jesaja] vorhergesagt“ usw.

802. – Er sagt also erstens: es wurde durch Hosea den Heiden gesagt, „Jesaja aber ruft“, das heißt: er spricht offen über die Bekehrung Israels. *Jes* 58,1: „Rufe, und laß nicht ab, wie eine Posaune erhebe deine Stimme“.

Mit dieser ersten Autorität aber benennt er die kleine Schar der Bekehrten Israels, wenn er sagt: „Wenn auch die Zahl der Kinder Israels wäre wie der Sand des Meeres“, das heißt unzählbar angesichts der Vielzahl der Völker. *Gen* 22,17: „Ich werde deinen Samen zahlreich machen wie den Sand des Meeres“ usw. 3 *Kön* 4,20: „Juda und Israel sind unzählbar wie der Sand des Meeres“.

„Der Rest wird gerettet“, das heißt nicht alle, auch nicht der größere Teil, sondern nur einige wenige, die nach der Vernichtung der anderen übrig bleiben. *Mich* 7,1: „Ich bin geworden wie jemand, der im Herbst nach der Lese die Trauben einsammelt“. *Unten* 11,5: „Der Rest ist nach der Erwählung aufgrund der Gnade gerettet worden“.

803. – Zweitens benennt er dort, wo es heißt: „Das Wort nämlich erfüllt er“, die Ursache des Heils, und zwar nennt er

[1] erstens die Wirksamkeit des Wortes des Evangeliums, indem er sagt: „Das Wort nämlich erfüllt er und kürzt es ab in Gerechtigkeit“.

Hier wird eine zweifache Wirksamkeit des Wortes des Evangeliums festgestellt.

[1.1] Die erste besteht darin, daß er es „erfüllt“, das heißt vollendet; so nämlich heißt es in *Hebr* 7,19: „Nichts hat das Gesetz zur Vollendung geführt.“ Der Herr aber sagt in *Mt* 5,17: „Ich bin nicht gekommen, das Gesetz aufzuheben, sondern zu erfüllen“, und dies deswegen,

[a] weil er sowohl zu den Vorbildern des Gesetzes die Wahrheit hinzufügte,

[b] als auch, weil er die Moralvorschriften des Gesetzes auf die rechte Weise erklärte, indem er

[c] die Gelegenheiten, es zu übertreten, verbot, und

[d] ihnen die Räte der Vollkommenheit hinzufügte.

Daher sagte er auch zu dem Jüngling in *Mt* 19,21, der alle Vorschriften des Gesetzes gehalten hatte: „Eines fehlt dir: wenn du vollkommen sein willst, verkaufe alles, was du hast“ usw.

Et propter hoc discipulis suis dicebat *Matth.* c. V,49: „Estote perfecti sicut et Pater vester caelestis perfectus est“.

[1.2] Secunda efficacia est abbreviandi, et haec convenienter primae adiungitur, quia quanto aliquod verbum est magis perfectum, tanto est altius, et per consequens magis simplex et breve.

Est autem verbum Evangelii abbrevians verba legis, quia

[a] omnia sacrificia figuralia legis in uno vero sacrificio comprehendit, quo „Christus obtulit seipsum pro nobis hostiam“, ut dicitur *Ephes.* V,2.

[b] Omnia vero praecepta legis moralia in duobus praeceptis charitatis concludit *Matth.* XXII,40: „In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetiae“.

Unde dicit „abbrevians in aequitate“, vel quia nihil est praetermissum de multitudine figurarum et praeceptorum legis, quin sub brevitate Evangelii comprehenderetur; vel quia nihil ipsorum remanet observandum quod est aequum secundum dictamen rationis naturalis *Ps.* CXVIII,72: „Omnia mandata tua aequitas“. Subaudiendum est autem erit ut sit sensus: verbum Evangelii erit abbrevians et consummans in aequitate.

804. – [2] Secundo cum dicit „quod verbum“, etc., assignat rationem praedictae efficaciae, dicens „quia dominus super terram“, existens, id est in terris tamquam homo inhabitans (secundum illud *Baruch* III,38: „Post haec in terris visus est, et cum hominibus conversatus est“) „faciet verbum breviatum“.

Perfectius enim debet esse verbum et maioris virtutis quod ipse dominus Deus carnem indutus locutus est per semetipsum, quam verba quae locutus est per prophetas, secundum illud *Hebr.* I [1]: „Multifarie multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis“, et cetera.

805. – Vel aliter: „quia Dominus“, scilicet Deus pater, „faciet super terram verbum breviatum“, id est incarnatum, quia filius Dei exinanivit semetipsum, formam servi accipiens. Dicitur autem exinanitum vel breviatum, non quia aliquid subtractum sit plenitudini vel magnitudini divinitatis ipsius, sed quia nostram exilitatem et parvitatem suscepit.

Und deswegen sagte er zu seinen Jüngern in *Mt* 5,49: „Seid vollkommen, wie euer himmlischer Vater vollkommen ist“.

[1.2] Die zweite Wirksamkeit besteht in seiner Abkürzung, und angemessenerweise wird sie der ersten hinzugefügt, denn je vollkommener ein bestimmtes Wort ist, desto erhabener ist es, und folglich auch einfacher und kürzer.

Das Wort des Evangeliums aber kürzt die Worte des Gesetzes ab, weil es

[a] alle vorbildhaften Opfer des Gesetzes in dem einen wahren Opfer zusammenfaßt, in dem „Christus sich selbst für uns als Opfergabe dargebracht hat“, wie es in *Eph* 5,2 heißt.

[b] Alle Moralgebote des Gesetzes aber faßt es in den zwei Geboten der Liebe zusammen: „An diesen beiden Vorschriften hängt das gesamte Gesetz und die Propheten.“ (*Mt* 22,40)

Deshalb sagt er: „Er kürzt es ab in Gerechtigkeit“, entweder weil von der Vielfalt der Vorbilder und Gebote des Gesetzes nichts ausgelassen wird, das in der Kürze des Evangeliums enthalten ist, oder weil nichts von ihnen bei ihrer Beobachtung unterblieb, was nach der Vorschrift der natürlichen Vernunft gerecht ist: „Alle deine Gebote sind gerecht“ (*Ps* 118,72). Mitzuhören aber ist: „wird sein“, so daß die Bedeutung ist: Das Wort des Evangeliums wird er in Gerechtigkeit erfüllen und abkürzen.

804. – [2] Zweitens, wenn er sagt: „Denn sein Wort“ usw., benennt er den Grund der genannten Wirksamkeit, indem er sagt: „Denn es wird der Herr [, der] auf Erden“ existiert, das heißt auf Erden gleichsam als Mensch wohnt (nach dem Wort bei *Baruch* 3,38: „Danach wurde er auf Erden gesehen, und pflegte mit den Menschen Umgang“), „das abgekürzte Wort ausführen“.

Vollkommener nämlich muß jenes Wort sein und von größerer Kraft, was Gott der Herr selbst, in Fleisch gewandet, spricht, als die Worte, die er durch die Propheten gesprochen hat, nach dem Wort in *Hebr* 1 [1]: „Viele Male und auf vielerlei Weise hat Gott einst zu den Vätern durch die Propheten gesprochen“ usw.

805. – Oder anders: „Denn es wird der Herr“, nämlich Gott Vater, „das abgekürzte“, das heißt das Fleisch gewordene, „Wort ausführen auf Erden“, denn der Sohn Gottes entäußerte sich und nahm die Gestalt eines Knechtes an. Er wird aber „entäußert“ oder „abgekürzt“ genannt, nicht weil der Fülle oder Größe seiner Gottheit etwas entzogen wäre, sondern weil er unsere Entfremdung und Kleinheit auf sich nahm.

Habetur autem haec auctoritas *Is. X,22*, ubi secundum litteram nostram sic dicitur: "Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiae convertentur ex eo. Consummatio abbreviata inundabit iustitiam. Consummationem enim et abbreviationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terrae".

806. - Deinde cum dicit "Et sicut praedixit Isaias", etc., inducit auctoritatem pertinentem specialiter ad apostolos, dicens "Et sicut praedixit Isaias [1,9]: Nisi dominus Sabaoth", id est, exercituum vel virtutum, "reliquisset nobis", scilicet ex sua misericordia, "semen",

[a] id est, verbum Evangelii; *Lc. VIII,11*: "Semen est verbum Dei".

[b] Vel, "semen", id est Christum, *Gal. III,16*: "Et semini tuo qui est Christus".

[c] Vel, "semen", id est, Apostolos, *Is. VI,13*: "Semen sanctum erit id quod steterit in ea".

"Sicut Sodoma facti essemus, et sicut Gomorrha similes fuissimus". Gravius enim fuit peccatum Iudaeorum quam Sodomorum. *Thr. IV,6*: "Maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum". Et *Ez. XVI,48*: "Non fecit Sodoma ipsa et filiae eius sicut fecisti tu et filiae tuae".

Et ideo quod Iudaei non sunt totaliter exterminati sicut Sodomitae, est divinae misericordiae imputandum. *Thr. III,22*: "Misericordiae Domini quia non sumus consumpti".

(Lateinischer Text: *corpusthomaticum.org*)

Es wird aber hier die Autorität aus *Jes 10,22* angeführt, die nach unserer Fassung folgendermaßen lautet: „Wenn auch dein Volk, Israel, wie der Sand des Meeres geworden wäre, nur ein Rest von ihm wird umkehren. Die abgekürzte Erfüllung wird Gerechtigkeit im Überschwang bringen. Erfüllung nämlich und Verkürzung wird der Herr, der Gott der Heerscharen, inmitten der ganzen Erde geschehen lassen.“

806. - Danach, wenn er sagt: „Ebenso hat Jesaja vorhergesagt“ usw., führt er ein Autoritätsargument an, das in besonderer Weise die Apostel betrifft, indem er sagt: „Ebenso hat Jesaja [1,9] vorhergesagt: Wenn nicht der Herr Zebaoth“, das heißt: der Heere und der Mächte, „uns nicht übriggelassen hätte“, nämlich aufgrund seiner Barmherzigkeit, „einen Samen“,

[a] das heißt: das Wort des Evangeliums. *Lk 8,11*: „Der Samen ist das Wort Gottes“.

[b] Oder „einen Samen“, das heißt: Christus. *Gal 3,16*: „Aus deinem Samen stammt, der Christus ist“.

[c] Oder „einen Samen“, das heißt: die Apostel. *Jes 6,13*: „Ein heiliger Same wird sein, was in ihr erstanden ist“. [...]

„So wären wir wie Sodom geworden, wir wären Gomorrha gleich“. Schwerer nämlich war die Sünde der Juden als die der Sodomiter. *Klg 4,6*: „Größer ist das Unrecht meines Volkes als die Sünde der Sodomiter“. Und *Ez 16,48*: „Selbst Sodom und seine Töchter taten nicht, wie du und deine Töchter taten“.

Und daß die Juden nicht völlig ausgelöscht worden sind wie die Sodomiter, muß man daher der göttlichen Barmherzigkeit zuschreiben. *Klg 3,22*: „Es war Barmherzigkeit des Herrn, daß wir nicht vernichtet wurden.“

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)